

Aduertencias para

Eucharistie ministrare, Matrimonia solemnizare, non habita super his Parochialis presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos à Canone [preterquam] in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedi Apostolice concessa eisdem] vel à sententijs per statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, seu vt verbis eorum vitamur à pena & à culpa absoluere quēquam præsumperint excommunicationis incurruunt sententiam ipso facto per sedem Apostolicam dum taxat absoluendi. Quos etiam locorum Ordinarij, postquam de hoc eis constiterit faciat publicè nunciari excommunicatos, donec de absolutione ipsorum eis facta fuerit fides: nullo Religiosis eisdem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suffragante. Hæc ibi.

* ¶ Circa hanc Clementinam aduerte primis, q[uod] per illam non reuocantur priuilegia & exemptiones ante ipsum Clementem. s. factæ Religiosis ad ministranda Sacra menta. Quia propter habentes priuilegium ante ipsum Clementem. s. ad ministranda Sacramenta, poterunt ea libere administrare, sine eo quod incident post huiusmodi constitutio-